



Disputatio theologica de theologia

<https://hdl.handle.net/1874/42441>

DISPUTATIO THEOLOGICA /

De

THEOLOGIA,

Quam,

Deo benedicente

SUB PRÆSIDIO

PHIL. JOH. TILÉMAN

d. SCHENCK, Th. in Schola Illustri
& ecclesia D.

*Placida omnium disquisitioni
submittitur*

HENRICUS DROTHMAN,
Camen. - Westph.

Ad diem 12. Decem. loco horisq; solitis.



HAMMONÆ,

Pet BERNHARDUM WOLPHARDT,

ANNO clō lōc LXXXII.



TRIPARTITO THEOLOGICA

THEOLOGIA

Corollarj loco, cum Natalitiorum instet
festum, locum Nonum Systematis Mare-
sij, cum alijs, quæ de Conceptione &
Nativitate Servatoris nostri Iesu Chri-
sti habentur, defendendum simul suscipit
RESPONDENS.

HENRICUS DROTHMANN

Canon. W. S. S. S.

in hunc. Decem. locorum. S. S. S.

1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782.

HAMMONA

Pet. Bernh. W. S. S. S.

Anno cl. 1782.

CAP. IV.

De

THEOLOGIA.

Thesis X.

Gentiles, quum verum Deum
ignoraverint, verè etiam Theo-
logiæ vivere extorres. Duplici tamen Theo-
logiæ se addicebant, quarum una de diis, al-
tera de demoniis agebat. *Divinam* iterùm
faciebant triplicem; *Naturalem*, quæ My-
stica, & in Scholis obtinebat; *Politicam*, quæ
in templis; & *Mysticam* seu fabulosam, quæ
in Theatris. Sed *Dæmonologia* de genis
tractabat, & duplex erat; una de bonis, de
malis altera. August. Civit. D. 5. 6.

XI. Christiani communiter (an so-
lidè & cum fructu, non dico) distinguunt
in Theologiam *Archetypam*, quæ sit ipsius
Dei perfectissima sui ipsius & suorum ope-
rum

2
um ejusq; opera ad salutem cognoscenda ver-
satur Joh. 17: 3. Joh. 20: 31.

XXII. Secundario, & certo respectu
examinat leges humanas, Act. 5: 29. Rom. 13:
1, 2. & medicinae praxin, Mar. 9: 12. tum Phi-
losophiz speculationes, Col. 2: 8. ac quasvis
artes aut curiositates, Act. 19: 19. ne quid in
omnibus hisce doceatur aut agatur quod Deo
ac conscientiz adversetur, 2. Cor. 10. v. 5.
1. Thef. 5: 21.

XXIII. Distingui in Theologia de-
bent articuli fundamentales, a consequentiis,
1. Cor. 3: 10, 11, 12, quorum illi scitu ac creditu
sunt necessarii ad salutem, hz non.

XXIV. Hos articulos, ad paucissima
& generalissima religionis capita, eaq; pra-
ctica non patimur coactari à Socinianis.

XXV. Neq; Roma (sub specioso ec-
clesia titulo) auctoritatem habet horum nu-
merum canonicè definiendi, augendi, vel
minuendi pro re nata,

XXVI. Quin etiam iniqui in nos sunt
papani, cum fundamentalium articulorum nu-
merum numerantem expressis scripturæ ver-
bis sibi dari petunt. Sufficit nobis, hos articu-
los in canone repetiri & characteribus eviden-
tissimis à non fundamentalibus discerni posse.

XXVII. Revelatio, quæ sacris tabu-
lis consignata, oceanus est, ex quo Theo-
logia credenda & facienda, non expressis so-
lum

rum verbis, sed & per legitimam consequenti-
am demonstrat. Mat. 22: 31. 32. 2. Tim. 3: 16

XXVIII. Perfectissimam Theologia
ideam pandētis sacris proculdubio exhibuit
Deus, imbecillitas verò humanæ mentis cau-
sa est, ut alia ac familiariori methodo eam
addiscamus facilius.

XXIX. Apostolorum tempore, jam
in usu fuisse videntur generaliora quædam ex-
cerpta, quibus ceu religionis capitibus & lo-
cis communibus adfuevit ecclesia. Heb. 6: 1, 2.

XXX. Imò verò symbola, confessi-
ones, catecheses ac systemata, quæ ab initio
Ecclesiæ Christianæ extiterè, indicio sunt,
semper hunc obtinuisse morem, ut summa-
ria fidei capita ordine quodam disponent ac
exponerent.

XXXI. Eadem Theologia est *Positi-
ua & Scholastica*, tractandi saltem modo
variat: Illa magis oratoria ac simplex, hæc
logica magis & ad demonstrandum aptior &
ad refutandos adversarios.

XXXII. Scholastica (cujus primus
author Lombardus injuriâ asseritur) malè
olim audivit, neque immeritò. Nam mathe-
ologia potius erat quam Theologia, quod
scripturæ ferè nihil, & rationis parum, sed
barbaros ad nauseam terminos & quæstio-
nes (vexationes potius) inutilis, ac au-
tho-

4
172576
thoritates humanas spiraret. Ast repugnat
cum reformatione, usum habet insignem,
& quandam necessitatem, maximè propter ad-
versarios: quos sine ea intelligas difficulter, neq;
ita facillè exprimas controversiæ momentum.

XXXII. Error itaq; insignis, imò
calumniæ Weigeli fuit, omnem simpliciter
Theologiam, prout in scholis docetur, pro
falsa habendam esse.

XXXIII. Accuratè loquendo, The-
ologia homini propria est; huic enim, &
hujus causa facta est revelatio. Imò ad ho-
mines tantùm spectat *θεολογείν* & credere ad
salutem. 2. Tim. 3: 17.

XXXIV. Quin hujus tantum vitæ est:
cum in beatitudine non ex verbo, sed per aspec-
tum contemplaturi simus Deum. 1. Cor. 13: 12.

XXXV. Ad Dei gloriam ceu finem
summum collinat Theologia; ad hominum
verò salutem secundariò, Rom. 1: 21. Joh. 20, 31.

XXXVI. Hinc apertum, Theol. non
esse speculativam sed practicam. Rom. 2, 13.
Jac. 2, 18. 19. Tum malis angelis, hæreticis ac
impiis non inesse veram Theologiam. Rom.
1, 18. 21. 22.

XXXVII. *Principium Theologiæ*
est Verbum Dei. Id Pontificii adulterant,
docentes, Verbum Dei ab ecclesiis pro-
positum, esse Theologiæ prin-
cipium.

F I N I S.